Secretaria Status

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. – DE CONCESSIONE INDULGENTIARUM

D. An verba: *in suae iurisdictionis locis*, de quibus in canone [illegible] 2, ita intelligenda sint ut Episcopi indulgentias concedere prohibeant religiosis exemptis vel in eorum ecclesiis.

R. *Negative*.

II. – DE LEGITIMATIONE PROLIS

D. An vi canonis 1116 per subsequens parentum matrimonium legitima efficiatur proles, ab eisdem genita detentis impedimento aetatis vel disparitatis cultus, quod cessaverit tempore initi matrimonii.

R. *Negative*.

Datum ex Civitate Vaticana, die 6 mensis Decembris anno 1930.

P. Card. Gasparri, *Praeses*.

✠ S.

I. Bruno, *Secretarius*.